



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

8. S. Joannes de Matha

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

226 VIII. Februarii. S. Joannis de Matha.

& nocti unum alterumve quadrantem, &  
aut pio studio, aut sacræ scriptioni, aut  
devotæ orationi ac Meditationi applice-  
mus. Pro hâc nostri victoriâ offera-  
mus unum supererogatorium Rosarium  
expansis brachiis recitandum. Vim pa-  
titur amor! Magno sunt Dei beneficia!  
magnis & multis compensantur cum  
humilitatis, cum pœnitentiæ obse-  
quiis.

Festum S. Joannis de Matha  
Ordinis de SSS. Trinitate Fundatori  
divinitus electi.

#### EXHORTATIUNCULA I.

**Q**uid miserabilius captivitate? hanc  
ut tolleret Deus apud Christianos,  
specialem adinvenit Ordinem pro re-  
dimendis captivis è potestate Saraceno-  
rum. Dilecte! de tam sancto instituto  
quis non gaudeat? aut Deo gratias non  
agat?

#### *Instructio meritoria.*

Igitur *Te Deum Laudamus* perfo-  
vamus, & per manus S. Joannis pro li-  
beratione omnium fidelium, qui forte-  
inge-



VIII. Februarii. S. Joannis de Matha. 227

ingemiscunt sub tyrannide, offeramus  
*Litanias majores de omnibus Sanctis.*  
Unita vis, & juncta auxilia coram Deo  
sunt potentissima.

II.

**G**ratulemur S. Joanni, quod è mil-  
libus fuerit electus in sortem illo-  
rum Dei servorum, qui animas Chri-  
sto Jesu adducerent innumeras, quæ  
æternum periissent, si liberatæ non fuis-  
sent. Fili ! ubi zelus noster ? animas  
& nos petamus de cœlo. Dabit, si  
exemplariter, si & virtuosè vixerimus.  
Nihil egimus, ò Chare ! si lucrum ne-  
glexerimus animarum.

*Instructio meritoria.*

Absit hoc ! citò ad pietatis subsidia !  
quæ autem illa ? extraordinariam Con-  
fessionem, & S. Communionem insti-  
tuamus pro animabus periclitantibus.  
Recitemus quoque Cursum Marianum.  
Cessant threni, & lacrymæ cum captivi-  
tate, ubi adest invocatio Jesu, & Mariæ.

III.

**S**unt & in cœmertiis captivi, & mi-  
seri. Consideremus cumulos ! visi-

K. 6

temus

228 IX. Februarii. S. Apolloniæ V. & M.

temus defunctos ! audiemus lugubre  
miseremini ! miseremini saltem vos Dei  
amici intimi ! Clamor hic timendus &  
nobis , si misericordiam modò non fe-  
cerimus erga defunctos.

*Instructio meritoria.*

Amor non patitur moram ! adhuc  
oremus hodie pro defunctis eorum of-  
ficium cum uno nocturno , & omnia  
opera totius diei solis in purgatorio  
captivis applicemus. Hoc pretium est,  
quô frater redimit fratrem & quid faci-  
lius ? Carbones mi fili ! nescimus, quâm  
acuti sint in urendo ! aliàs tentaremus  
majora.

Festum S. Apolloniæ Virg. &  
Martyris in dolore dentium Patro-  
næ Amabilissimæ.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**C**or ubi Dei ardet amore , tormenta  
non sentit, sint etiam gravissima.  
En ! dentes suos offert lictoribus Apol-  
lonia ; sed hilari mente. Quanta in  
Virgine fides ! qualis & pro Deo con-  
stantia !

In-

